DISPUTATIO INAUGURALIS DE BANNO SEU PROSCRIPTIONE IMPERII, QUAM, ...

Johann Friedrich Boeckelmann,
Johann Friedrich Pöpping, ...

Digitized by Google

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMIS, CLARISSIMISQUE VIRIS,

DOMINIS

CONSULIBUS,

SYNDICIS,

SENATORIBUS,

PROTONOTARIO

Et

SECRETARIIS

Inclytæ & Liberæ Imp. Reipublicæ.

LüBECENSIS,

Patribus Patriæ Vigilantiſſimis,

Dominis Fautoribus ſuis ætatem devenerandis

Omnia honoris & felicitatis incrementa.

Viri Magnifici , Nobiliſsimi , Ampliſsimi
Conſultiſſimi , Prudentiſſimi , Clariſſimi,

CUr Diſſertationem hanc inauguralem illuſtribus nominibus veſtris præcipuè inſcribere voluerim, non mirabitur quicunque non ignorat, quantam Civis Magiſtratui ſuo gratitudinem debeat, & quanta in Remp. & me Veſtra extent merita. Accipite igitur Serena fronte, hocce primorum laborum meorum qualecunq; munuſculum, date ei lucem ab illuſtri lumine veſtro, & me Studiaq; mea, Deo & Reip. humilimè conſecrata, quam commendatiſsima habete, Deus O. Max. Rempl. vobis & vos Reip. diu ſervet. Valete incluti Studiorum Patroni, & favete ei cui nihil eſt antiquius, quàm ut in æternum eſſe poſsit

Dabam Heidelbergæ die 5. Mart. 1663.

Magnificarum Nobiliſſimarumq;
Veſtrarum Amplitudinum

Devotiſſimus & Obſequentiſsimus cliens

JOH. FRIDERICUS PöPPING.

In Nomine S. S. & Individuæ Trinitatis.

I.

QUoniam ſua Reipubl. ſalus & autoritas conſtare non poteſt, niſi potentes & refractarii Cives ſeveris conſtringantur pœnis, (*a*) Ideò prudens antiquitas, inter varia pœnarum genera etiam aquæ & ignis interdictione, (*b*) cui poſtea deportatio ſucceſſit, uſa eſſe legitur.

(*a*) *Vid. Machiav. 1. Comm. 14.* rationem tradit Dominus de la Serre in Solone. Si tu veux, dit il augmenter le nombre des innocents, il faut établir des rudes chaſtiments: id eſt: Si innocentium numerum augere vis, rudes delictis pœnas proponere debes: hinc in proverbio eſt Hiſpanis, No ay tal razon Comme la del baſton. i. e. non eſt ratio quæ fuſte magis perſuadeat: Et de Turcis ſcribit Pierre Bellon. Que les Turcs puniſſent les delinquants à coups de baſtons, pour humilier ceux qu'on ne veut pas tuer. Id quod etiam de Perſis tradit Monſ. de Gouz dans les Voyag.

(*b*) de hac vid. *l. 1. §. 2. de Leg. 3. & Lactant l. 2. I. Div. c. 10.*

II.

Cum autem provinciarum numerus inſequentibus temporibus, ſub Impp. Rom. minueretur perventum tandem eſt ad Proſcriptionem (*a*) ſeu Bannum barbaro ita appellatum vocabulo. (*b*)

(*a*) Quo-

(a) Quomodo autem banniti noſtri temporis cum deportatis conveniant, tradit *Bald. in l.1.n.4.C.de Hered. reſtit.* banniti verò ſunt pejoris quàm illi conditionis, cum maximam capitis diminutionem & omnia humanitatis jura amittant. *conſ. l. 2. §.1 ff. de pœn.*

(b) In nullo enim antiquæ Latinitatis Scriptore, ſed in barbaris demum & Auth. *item nulla C. de Ep. & Cl.* hanc vocem repereris.

III.

Utut autem veteribus vocabulum Banni quidem, non tamen res ipſa illis incognita fuit, ſicut ex Plutarcho, (a) Cæſare (b) & aliis abundè liquet (c)

(a) Plutarch. in Ariſt.

(b) *l.7. Comm.*

(c) Et apud Græcos qui homicidium non ſponte commiſiſſet, amiſſis bonis, per annum in exilium agebatur, quæ relegatio dicebatur ἀπενιαυτισμὸς.

IV.

Quum autem proſcriptionis ſeu banni vocabulum, valde ambiguum ſit, nos quidem neque de Oſtraciſmo Græcorum, (a) neque de Relegatione Romanorum, neque de Heribanno Longobardorum (b) neque de Excommunicatione Pontificiorum (c) nec de hodierno banno Italorum, (d) ſed de Banno Germanorum, ſeu Imperii Romano-Germanici, in præſenti verba faciemus.

(a) Hic vocatur Græcè ὀστρακισμὸς, à teſtulis quæ Græcis ὄστρακα, quibus ſuffragia inſcribebantur, ita dictus. Exilium hoc erat decem annorum, illis irrogatum, quorum Athenis potentia nimia erat: hoc ut aliquis afficeretur, neceſſe erant 6000. vota vid. *Sigon. de Reb. Athen. 2.4. Nepot. in vita Cimon. c.3.*

(b) Herban dictus, quaſi bannus in hoſtem, de quo vid. *Marculph. Mon. Form. fol. 543. ibique Bignon.*

10

(c) Quæ ita ante aliquot ſecula in Impp. noſtros detonuit, ut Brutum fulmen appellatum fuerit, de hac vid. *Lehm. Chron. & Cauſ. 11.q.3. per tot.*

V.

Quandoquidem autem diſputatio nominum pertinacibus relinquenda eſt, quando de ſenſu conſtat (a) Ideò miſſis variis variorum opinionibus, Bannum (b) à Gallico Ban, quod ſignific. proclamationem quæ fit publicè per Præconem, aut à banniſſement, id eſt exilium profluxiſſe veriſimiliter ſtatuimus.

(a) vid. *l.2.§.1.C.de Conſt.pecun.*

(b) vid. Eſtien. Paſquier dans ſon traict des Recherch. *l.8. c.12.* hinc eſt abandonner pro derelicto, habere quaſi donner a ban. Proſcriptio autem dicitur à ſcribendi ceremonia. *vid. Ulp. in l.11.§.4.de Inſt.act.*

VI.

Eſt autem Bannum Imperii Judicialis cenſura, (a) qua pacis Publicæ violatoribus, & contumacibus, aqua & igni in Imp. velut hoſtibus, (b) interdicitur.

(a) Per ſententiam enim pro bannitis declarandi ſunt per text. notab. *in cap.cum ſecund. de heret* niſi rebellio notoria ſit, *vid. §. 1.extrav. Frider.quomodo. in leſ.maj. & Gail. 1.de P. P.*

(b) Id quod Germanicum Achter innuit, quod quidam à Græco ἐχθρὸς deducunt.

VII.

Dividitur Bannum Imperii in Bannum fractæ Pacis, & Bannum Contumaciæ.

VIII.

Bannum Contumaciæ, eſt Judicialis denunciatio, quâ Judices & litigantes Contumaces pro hoſtibus Imperii declarantur: (a)

(a) vid

(a) vid. O. C. p. 2. t. 42. Cùm enim ſummum ſit delictum Majeſtatem Cæſaris contemnere c. cordi. §. f. de appellat. Ideo contumacibus tam gravis pœna merito irrogari poteſt.

IX.

Illi autem pro contumacibus hic habentur, qui vel judicatum non faciunt, vel contumaciter abſentes ſunt, vel Mandatis Cum & Sine Clauſula non obtemperant (a)

(a) *Gail. O 134. num. 4. l. 1.*

X.

Infligitur verò bannum contumaciæ, vel ob contumaciam in cauſa Civili, vel Criminali commiſſam. Si bannum hoc poſteriori modo, ſervato Iudicii ordine infligatur, in rem judicatam tranſit, & omnes veri banni effectus habet, contra quod difficilis eſt reſtitutio. Si verò priori modo feratur, tantùm interlocutorium eſt, & purgatâ contumaciâ facilè revocatur.

(a) Ratio eſt quod magis in committendo, quam omittendo delinquatur. *l. 40. ff. de pœn.*

(b) *DD. in c. ex litt. de Conſt. & in l. quod juſſu. ff. de re jud. vid. Ordin. Cam. p. 2. t. 46. §.* Wo auch.

XI.

Habet verò bannum ob contumaciam hanc à banno ob delictum diſtinctam naturam, quod bannitus ob contumaciam purgata contumacia, ſolutione ejus quo intereſt, etiam invito adverſario, à banno abſolvi poſſit, *l. ſancimus. C. de Jud.* Quod contumax cum Procuratore Fiſci tranſigere non teneatur. *O. C. p. 3. tit. 46. §.* Wo auch. Quod altera parte invita bannum hoc à Camera remitti poſſit. *O. C. d. t.* Quod denique in bonis banniti ob contumaciam, immiſſio tantum fiat, donec contumacia purgetur (a)

(a) & quidem juxta formam *l. abſentem. C. de Iudic.* Ratio eſt quia contumaciæ probatio ficta eſt. *l. 35. ff. de Evict.* Sed ex fictis

probar-

probationibus nemo capitaliter damnandus. *l.5. ff. de pœn.*

XIII.

Quanquam autem hæc de Banno contumaciæ diſſertatio, & conſtitutionibus Imperii & O.Camerali conformis ſit, ac olim quidem bannum illud valde uſitatum fuerit. Hodie tamen ob contumaciam, ad pœnam banni non tam facilè proceditur. Nam in cauſſis Citationum, tàm Simplicis Querelæ, quàm Appellationum, propter contumaciam rei non comparentis, actor *(a)* neque ad Bannum, neque ad Immiſſionem ex primo decreto agere, ſed tantum in cauſa principali procedere poteſt *(b)*

(a) Quid in reo obtineat tradit *O.C.p.3. tit. 42.* §. Wo aber/ & § *fin.*

(b) *Per Receß. Imp. de Anno 1654. §. 30.* Hæ duæ tamen agendi viæ adhuc obtinent (1) in cauſis ante hunc noviſſ. Receſſum inſtitutis (2) in Tutoribus contumacibus ſtilo Camerali id ita dictante.

XIV.

Si tamen in proceſſu Mandator. Sine Clauſula reus contumax eſt, ibi alternative licet procedere, vel ad pœnam banni, vel ad Mandatum de Exequendo. *(a)* Idem obtinet in Mandatis cum Cla. quando hæc, propter non comparitionem rei reſolvuntur in Mandata Sine Clauſula. Quod verò attinet Mandata de Exequendo tam Cum quam Sine Clauſula, Si iſtis Executores non parent, tum contra illos ſolummodo ad pœnam banni procedi ſolet, non verò ad aliud Mandatum de Exequ. ſtilo ita dictante. In reliquis omnibus cauſis propter contumaciam rei, latæ ſententiæ non parentis, non decernitur arctius Mandatum, Sed duntaxat Mandatum de Exequendo decernitur, per Receſſum Imper. 1654. §. Damit

 911

auch 159. Idem obtinet in caſu ubi quis Fiſco in aliquam pœnam condemnatus eſt. (*b*)

(*a*) Per commune Decretum 1657. 5. Septembr. §. *ult*. R. I. 1654. §. Belangendt die Mandata.

(*b*) R. I. 1654. §. So offt auch 80. Condemendatio in Camera hoc modo fieri ſolet: Es iſt gegen Klägern wegen frevel-muthigen litigirens die Straff einer Marck löthiges Golts dem Käyſerl. Fiſco ohnnachläſſig zu bezahlen / damit vorbehalten / vnd Dr. N. daß ſolches beſchehen ſey/ zeit Zwey Monath pro termino & prorogatione von Ampts wegen angeſezt / mit dem anhang / wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wird / daß ſein Principal jezt als dann vnnd dann als jezt in pœnam dupli gefallen ſeyn/ vnd der Real Execution halber auff des Käyſerl. Fiſcals ferner anruffen / ergehen ſoll waß recht iſt: Quibus ſi Reus poſtea non contemperet, tum Fiſcalis ipſam pœnæ dupli declarationem, & Mandatum de Exequendo decerni petit, Stilo ita dictante.

XV.

Alterum diviſionis membrum, Bannorum ob fractam Pacem, quod attinet, poteſt illud ita definiri: Quod ſit declaratio Judicis, qua violatoribus Pacis Publicæ, (*a*) aqua & igni in Imperio interdicitur, & capita eorum ſacra efficiuntur.

(*a*) Laudabilem de P. P. Conſtitutionem primus in Imperio Maximilianus I. Anno 1495. promulgavit, quæ per ſubſequentes poſtea Impp, ſæpè repetita & confirmata fuit ad quam in jure noſtro Civili referuntur *Titt. C. de Vi publica & de Sedit. & 2. Feud. 27. §. 3.*

XVI.

Cauſa efficiens huius banni eſt, quando mediatus vel immediatus, (*a*) cum per ſe, tum per alios, ſub quocunq; prætextu, aliquem in Imperio armis oppugnat, diffidat, (*b*) aut contra eum conſpirat, violatores P.P. recipit, bona ſua in

frau-

fraudem huius legis alienat (*c*) vim publicam minatur, tentat, (*d*) aut aliud quid committit, aut omittit, (*e*) quod ad ſeditionem in Imper. ſpectet (*f.*)

(*a*) Eccleſiaſticus quomodo condemnetur *habet Gail. 1. de P. P. c. 1. num. 36.*

[*b*] Diffidare deſcendit à Gallico deffier, provocare, hic ſignificat extremas alicui inimicitias denunciare.

(*c*) *Vid. O.C. p. 2. tit. 11.*

(*d*) *Vid. O. C. p. 2. tit. 9.*

(*e*) O. C. *d. t. R. Imp. de Anno* 1594. §. Alſo iſt auch.

(*f.*) Notandum hic quod P. P. violatores non tantum pœna Banni, ſed etiam pecuniaria, quæ eſt 2000. marcæ auri puri ad inſtantiam actoris, vel cumulativè vel etiam alternativè petentis eam, affici poſſint, ad hanc pœnam pecuniariam Anno 1662. 2. Octobr. in cauſa Burgerm vnnd Rath der Statt Eſſen / Contra Annam Solomon Abtiſſin deß freyen Stiffts Eſſen. actum fuit. vid. Landfr. 1548. tit. Wie der Landfrieden

XVII.

Porrò ſuper fractâ Pace accuſari etiam poſſunt illi, qui ex indiciis, aut fama fractæ Pacis, opis auxiliive præſtiti, ſuſpecti, quamvis nondum convicti ſint, qui ſpeciali ad ſe purgandum proceſſu (*a*) in Camera conveniendi ſunt:

(*a*) Idque mediante juramento O. C *p. 3. t. 10. in pr.*

XVIII.

Forma Banni & ſententiæ declaratoriæ hæc eſt: Quod præſentibus omnibus Aſſeſſoribus, Advocatis, & reliquis Judicii Cameralis perſonis, Judex Cameræ ſub dio progrediatur, ibique pacifrago denunciato, Protonotarius ſchedulam denunciationis fruſtulatim rumpat, & in terram projiciat. (*a*) Et deinde Edicta Cæſarea Banni in loco denunciationis & domicilii, publicè affigantur, *Gail. 2. de P. P. cap. 6. num. 20.*

(*a*) Sic

[a] Sic ultima vice factum in Cauſa Elberß Contra Wölffin Anno 1641.6.Julii.Forma autem ſententiæ hæc eſt : Nachdem Beklagter N. Dem Landfrieden [inſeritur hic cauſa] zuwider gehandelt / derohalben denunciiren vnd erklären wir denſelben/ alß einen offentlichen Aechter in der Käyſerl. Mayeſt. vnd des Heil. Reichs Acht / ſetzen jhn auß dem Frieden/in den Vnfrieden / vnd erlauben ſeinen Leib/ Haab vnd Güter / dem Klagenden Theil vnd allermänniglich.

XIX.

Videtur autem hæc banni ſecularis forma ab Excommunicatione Eccleſiaſtica profluxiſſe: In hac enim 12. Sacerdotes Epiſcopum circumſtare , lucernas ardentes in manibus tenere easque in fine anathematis in terram proijcere & pedibus conculcare ſolent : Poſtea Epiſtola per paræcias mittitur , quæ Excommunicatorum nomina & cauſas continet. *vid.Cau.*11.*q*.3. *Gail.de.P.P. l.*2.*c.*6.*n.*21.

XX.

Effectus Banni eſt , quod proſcriptus omnibus , cum fortunis ſuis prædæ exponatur. *O.C.p.*2.*t.*9.§. So jemandt.

XXI.

Per pænam banni feuda ſive nova ſive antiquæ amittuntur , & fructus autori damnum paſſo ſecundùm Judicis moderationem adjudicantur *d. O. C.*

XXII.

In banno ultra annum & diem perſiſtentes , cenſura etiam Eccleſiaſtica notantur, Landfr. de Anno 1548. Tit. Von denen die über Jahr.

XXIII.

Proſcriptus infamis redditur. *O. C.p.* 2. *t*, 10.

XXIV.

Qui ſciens bannitum ſua domo recipit , ejuſdem criminis accuſari poteſt. *O.C.p.* 2 *t.*10. §. 2.

XXV.

In bannum declaratis ſacris etiam, implorante accuſatore, interdicendum. *O. C. p. 3. t. 48. §.* Und ob die (*a*)

(*a*) In allegata Ordin. dicitur quod ſecundùm Bullam Raimundi talis bannus fieri debeat, ſed nec dicta Bullæ quod ſciam, hodie extat, nec dicta cenſura niſi quoad Pontificios, locum forte habere poteſt.

XXVI.

Per pœnam banni omnes obligationes, Juramenta, pacta, omniaque jura bannitorum infringuntur (*a*) *O. C. p. 2. t. 10.*

(*a*) Hinc nec legitimam in Judicio ſtandi perſonam habent, poſſunt tamen ſe ut reos defendere, cùm defenſio nec Diabolo deneganda ſit *vid. Hypp. de Marſ. in l. 18. §. cognit. num. 247. ff. de quaſt.*

XXVII.

Banniti pro mortuis habentur *c. 11. q. 3. per tot.*

XXIIX.

Univerſitas bannita amittit omnia privilegia *gl. in c. fr in verſ. expreſſ. de Procurat.* plerumque tamen hæc pœna in pecuniariam, pro Judicis arbitrio moderandam, convertitur, ne ſimul plectantur innocentes, *Mynſ. 2. Obſ. 30. num. 1.*

XXIX.

Quoad fæminas in bannum declaratas, illæ cuilibet prædæ non fiunt, ſed tantùm ſicut perſonæ Eccleſiaſticæ omnibus bonis & Privilegiis ſuis privantur. ne condemnatæ turpiter proſtituantur. (*a*)

(*a*) *Per l. quisquis C. ad l. Iul. Maj.* ideoque in pœnarum inflictione mitius cum mulieribus agendum *c. 32. q. 6. c. 4.* in pœnam tamen banni pecuniariam 2000. marc. auri & fæminæ condemnantur.

XXX.

Porro cum tranſactio in Criminibus pœnam ſanguinis irrogantibus valeat, *l.18.C de Tranſ.* pacifragus etiam cum læſo tam ante quàm poſt inchoatam accuſationem tranſigere poteſt *vid. Gail. d. c. 11. l. 1.* quæ tamen tranſactio Fiſco non nocet, cùm tranſigens ſuper delicto quoad hunc caſum pro confeſſo habeatur, *l.18.C. de His qui not. infam.* id quod tamen intelligendum ſecundùm *l. 2. & 3.C.de abolit.*

XXXI.

Denique notandum, quod actione coram ordinario Judice ad pœnas Juris Communis inſtituta, (quod in fracta pace, utique fieri poteſt) alia in Camera ſuper violata Pace, inſtitui non poſſit, ne de eodem delicto bis queramur *l. licet. §. fin. ff. Caupon.*

XXXII.

Quoniam autem in allegato ſæpe Receſſu Imp. de Anno 1654. *§. 156. in fin.* ſtatuitur, quod Judicium Camerale, banni declarationem, latius, quàm in Conſtitutionibus Imp. & Ordinat. Camerali id expreſſum, extendere non debeat; ideo videndum paucis, in quibus caſibus hodie adhuc bannum in Imper. uſitatum ſit.

XXXIII.

Et primò quidem in Capitul. Invictiſſimi Imp. & Domini noſtri Leopoldi, artic. 28. cautum eſt: Quod nullus Imperii Status, abſque juſta & ſufficienti cauſa; ac ſine conſilio conſenſuque eorum S. Imperii Electorum, qui delicti participes ſe non reddiderunt, in bannum declarari debeat.

XXXIV.

XXXIV.

In bannum itaque hodie tantùm declarari poteſt (1) ille, qui Executioni ſe violenter opponit (a)

[a] *Receſſ. Imp. Anno* 1654. §.9. Sententia ita in Camera hodie formatur : In dem Fall da dem Kreiß außſchreibenden Fürſten einige widerſeßlichkeit ferner begegnen / jhme auch die Vrtheil zu vollnziehen zu ſchwer fallen würde / ſollen ſie dem Käyſerl. Fiſcal ſeiner obliegenden Ampts-gebühr zu folge/dem Jüngern Reichs-abſch. vorzunehmen / daran vmbſtändlichen Bericht zuthun / vnd nichts deſtoweniger vnd deſſen vnerwartet / mit zuziehung eines oder des andern Kreyſſes / zu würcklicher Execution, Jedoch ohne beſchwerung des Klägers / ſondern auff der Condemnirten , oder in entſtehung deſſen auff gemeinen Kreyß-Koſten / nach beſag ermelten ReichsConſtitutionen, verfahren.

XXXV.

Secundò hodie proſcribi poteſt ille , qui in proceſſu Mandatorum Sine Clauſula contumax eſt, de quo ſupra *th.*14 (3) qui in Mandat. Cum Clauſula, propter abſentiam rei in Mandata Sine Clauſula reſolutis , contumax eſt. *vid. Th* 13. (4) in Mandatis de Exequendo tàm Cum, quàm Sine Clauſul ſupra ibid. (5) Si tutor contumax eſt. *vid.d.Th.*13.& tandem (6) qui Pacem Publicam profanam & religioſam violavit.

XXXVI.

Sed cum difficulter hodie iſta in bannum Imperii declaratio obtineri poſſit , ideò nemini quidem fortaſſe conſultum erit ea meditari , & absque graviſſimis cauſis & circumſtantiis ad Bannum in Camera agere : Quippe quum magis ſibi cavere poſſit , qui ad pœnam aliquam pecuniariam, vel Mandatum Sine Clauſula extrahendum preces dirigit.

XXXVII.

Denique operæ pretium eſt, convenientem huic materiæ & magnæ diſceptationis quæſtionem ſubnectere : An nimirum

rum filii ob delictum parentum banniri, & feudis ſuis in Imperio privari poſſint? Ad hanc quæſtionem decidendam ſunt, qui diſtingunt: an pater contra tertium, an verò contra ipſum Dominum ſuum deliquerit. Priori caſu, dicunt, ſi filii non ex perſona patris, ſed propria ſuccedant (cujus exempla habet *Gail. de P. P. c. 14. num. 7.*) & cum læſa parte tranſigant, eos feudo privari non poſſe: per Conſtit. Carl. V. **Die Pön der Fried-brecher.** *de Anno* 1548. §. 2. *vid. l. 3. ff. de Interd. & releg. 2. F. 24. Zaſ. in tract. feud. p. 10. num. 96.* Poſteriori verò caſu ſi injuria in Dominum ſit atrox, feudum filios in Imperio amittere, *ex allegat. Conſtitut. & 2. Feud. 24. Salicet. in l. 2. num. 3. de Libert. & eorum lib.* colligi poſſe arbitrantur. Sanè in Crimine Majeſtatis (quanquam de Jure Divino per Deut. 18. aliud ſtatuendum) liberi etiam puniuntur *l. f. C. ad L. Jul. Maj.* & infames, & omnium planè hereditatum incapaces fiunt, *l. 5. §. 1. C. d. t.* In filiabus de Jure Civili mitior eſt ſententia, nam illis in bonis maternis Falcidiam, ſive mater teſtata ſive inteſtata deceſſerit, detrahere permiſſum *d. l.* §. 3. Delictum autem filii patri non nocet, ideo proſcripto filio, ne feudum quidem patri auferendum: Cùm in delictis factum filii non dicatur factum patris *c. 1. §. ſuper. de Proh. feud. alien.* Hoc tamen non obſtante, Parlamentum Pariſienſe contrarium in Johannis de Caſtello parente ſtatuiſſe, Glorioſiſſimi Regis Ludovici XIV. quondam Præceptor Hardovinus in Hiſtor. Henr. IV. his verbis teſtatur: Le pere de ce miſerable fut banni, ſa maiſon de devant le Palais demolie, & une Pyramide erigee en la place: i.e. pater huius miſerabilis proſcriptus, domus eius è regione Palasii demolita, ac in locum illius columna erecta fuit: Id quod ob deteſtationem criminis, & terrorem aliis incutiendum fortè potiùs, quàm jure factum eſſe dixeris.

COROLLARIA.

T*Utor teſtamentarius, cui legatum eſt relictum, ſi à tutela ſe excuſaverit, nihil quicquam ex teſtamento conſequitur.* Nov.1.c.1.in pr.

Tutor ob latam culpam remotus non fit infamis. l. 4. in f. de His qui not. infam. *filius in Feudo ex pacto & providentia non tenetur ſolvere debita feudalia.* c. unic. de Prohib. feudi alien. 2. F. 33.

Licitum eſt hodie ex ſanguine conficere cibos, contra Novell. Leon. 58.

*Actio de Diſtrahendis rationibus finita demum tutela inſtitui poteſt.*l.4.ff.de Tutel.& rat.diſtrah. *id quod etiam in curatela obtinere ſtatuimus*, per l.14.C. de Admin.tutel.

Beati ſemper non ſunt, præſertim in Republ. qui medium ſervare volunt. Machiav. in hiſt. Flor. p. m. 243.

*Res à viro empta ex pecunia dotali, non ſunt dotales,*l. ex pecunia. C.de Jure dot.

Teſtamenti factio non eſt juris privati ſed publici l. 3.ff. Qui teſt. fac. poſſ.

*Donatio mortis cauſa inter virum & uxorem prohibita non eſt,*l.9. §.2.ff. de Don.inter vir. & uxor.

UNI DEO GLORIA.

[library stamp: ... ROMA ...]

THESES
DE PROSCRIPTIS IMPERII.

QVAS

ANNVENTE SACROſancta Trinitate

PRAESIDE

Clariſs. & conſultiſs. viro Dn.

VIRGILIO PINGIZERO,
V. I. D. ET PROFESSORE

Exercitii gratia proponit & pro virili propugnabit

M. IOHANNES MYLIVS
AVGVSTANVS

Ad diem ult. Martij Anno 1593. in nova Acroaſi ICtorum hora 7.

JENÆ.
Typis Tobiæ Steinmanni.

AMPLISSIMO RERVMQVE
experientia præſtantiſſimo viro Dn.

MARTINO MILLERO REIPVBLICÆ IENENSIS CONSVLI

PRVDENTISSIMO, FAVtori ſuo ſummè colendo.

D. D. D.

M. Johannes Mylius.

DISPVTATIO DE PROSCRIPTIS SIVE Bannitis Imperii.

THESIS I.

QVAMVIS VOCABVLVM Banni variè à DD. noſtris accipiatur *a*, ex conſtitutione tamen imperiali Bannum dicitur & eſt judicialis cenſura, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnib. verò impunè tam in perſona quàm rebus offendi poſſint *b*.

a *Nellus in tractat. de bannit. in proœmio.*

b *Geilius lib. 2. de pace publica cap. 1. n. 20.*

2.

Hujus Banni imperialis pœnam nemo præter ſolum Cæſarem vel Cameram imperialem poteſt irrogare, & eſt univerſale, ita ut ab imperatore bannitus ubiq; terrarum in imperio pro bannito reputetur *a*.

a *Geilius lib. 1. de pace pub. cap. 6. n. 9. & lib. 2. cap. 1. n. 27.*

3.

Porrò ex duplici cauſa quis in bannnm Imperii incidit, primò ob delictum fractæ pacis, quod ut commiſſum dici & ſic actio ex conſtitutione pacis publicæ utiliter inſtitui poſſit, tria potiſsimùm requiruntur: 1. vis publica. 2. vis armata, quæ fit coactis & coadunatis hominibus. 3. dolus malus ſive propoſitum & deſtinata voluntas offendendi: quolibet horum deficiente ceſſat pæna pacis violatæ, puta, Banni imperialis, & ad pænas tantum juris communis de vi publica ratione ſimplicis ſpolii agi poteſt.

Geilius lib. 1. de pac. pub. cap. 7. per tot.

4.

Sed & qui ex legitimis iudiciis & præſumptionibus aut

 fama

fama publica de crimine fractæ pacis ſuſpectus eſt, ſi ad purgandum ſe citatus obſtinatè non compareat, in bannum declarari & denunciari poteſt *a*; quod ſi tamen eiusmodi Bannitus ob contumaciam non purgantis ſe, poſt ſententiam declaratoriam contumaciam purgare, & de ſua innocentia pro obtinenda abſolutione docere velit, audiendus erit *b*.

a *Ordinatio. Cameræ part. 2. tit. 10. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 7. per tot.* b *Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 8. quia contumacia eſt fictum delictum atq; imaginaria probatio, quæ ex præſumptionibus proficiſcitur; at ſententia ex fictis probationib. lata non tranſit in rem iudicatam, ergò meritò audiri debet per text. in l ſi qui adulteriis C. Ad l. Iul. de adult. Hippolit. in pract. crimina §. ordine n. 54. cum ſeq.*

5.

Secundò irrogatur pœna banni ob ſolam contumaciam etiam in cauſis civilibus, utputà ſi legitimè citatus non compareat vel iudicis præcepto non obtemperet *a*.

a *Ordinatio Cameræ part. 3. tit. 43. §. 1. Geilius lib. 2. de pac. publ. cap. 5. n. 1. cum ſeq.*

6.

Etſi verò inter bannum delicti & contumaciæ, quoád declarationem & denunciationem nihil ſit diſcriminis, quia utroq; caſu bannitus omnium offenſioni exponitur, & bona occupantibus conceduntur *a*; in effectu tamen plurimum differunt: ſententia enim banni ob delictum definitiva eſt, *b*, ob contumaciam interlocutoria *c*, & in banno contumaciæ facilior eſt reditus in gratiam quàm in banno delicti *d*.

a *Geil. lib. 2. cap. 5. n. 12.* b *quia iuris ordine ſervato, cum plena cauſa cognitione profertur, & crimen principaliter in iudicium deductum extremè definit, nec alia ſententia poſteà expectatur, unde ſententia condemnatoria, non petita legitimo*

temni

tempore reviſione, effectum ſuum ſortitur, & retractari nequit. c *Bald. in l. 1. n. 9. & n. 12. C. de hered. inſtit. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 5. n. 7. Boßius tit. de bannitis nu. 3. quia cauſam principalem non definit, & ideo purgata contumacia revocari poteſt. l. quod iußit ff. de re iudica.* d *ordinatio Cameræ part. 3. tit. 46. §.* Wo auch. *& part. 2. tit. 18. §.* So auch. *Geilius lib. 2 de pac. pub. cap. 6. n. 4. cum ſeqq. ubi plures differentias recenſet.*

7.

Non ſolùm autem ſingulares perſonæ, ſed etiam tota univerſitas vel civitas, ob delictum contra pacem publicam convocatis ciuibus deliberatè, conſultò & communicato conſilio perpetratum in Bannum imperiale declarari & denunciari poteſt, plerunq; tamen pæna Banni in pecuniariam convertitur propter innocentes, pupillos, minores, mulieres & prægnantes fæminas *b.*

a *Geilius lib. 2. de pac. publ. cap. 9. n. 1. cum ſeqq. univerſitas enim dolum committere & proinde delinquere poteſt. l. metum. §. animadvertendum ff. Quod vi aut met. cauſ.* b *Geilius d. cap. 9. n. 17. cum ſeqq.*

8.

Sed & bannum repeti, hoc eſt, ſemel ob turbatam pacē publicam vel contumaciam in bannum imperiale declaratus iteratò ex alio delicto banniri poteſt *a.*

a *per text. in l. qui de crimine. C. de accuſat. text. in l. 2. ff. de furt. Bald. in l. 1. n. 4. & 12. C. de hered. inſtit. Boßius tit. de banni nullitat. n. 9. Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quæſt. 16. vers. ſed nunquid. & quæſt. 32. vers. tu ſcis. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 11. per tot.*

9.

Quod ad effectum banni imperialis attinet, ſciendum eſt eos qui ob violatam pacem publicam in bannum imperii incidunt, nec non eorundem receptatores eſſe extra protectionem & clientelam imperii eiuſq; hoſtes & quaſi transfugas cenſeri, atq; adeo ex numero civium Romanorum deleri, maximè quando de illorum commodo agitur.

 Geilius

Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 1. n. 24. cum ſeq. Mynſing. obſ. 52. cent. 3.

10.

Quo fit ut non ſolum actionem inſtituere, ſed etiam litem ante bannum cæptam in Camera proſequi & continuare, ut & reconventionis beneficio uti neqveant *a*.

a *Ordinatio Cameræ part. 2. tit. 9. §. 2. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 12.*

11.

Ab alio tamen in ius vocati comparere & ſe defendere poſſant *a*, adeò ut non valeat ſtatutum, quòd Bannitus tàm agendo quàm defendendo audiri non debeat *b*.

a *Nellus in tractat. de bannit. in 1. part. 2. tempor. quæſt. 62 per tot. Geilius d. cap. 12. n. 16. cum ſeq.* b *Geil. d. cap. 12. n. 20. cũ ſeq. Bald. in l. ut vim n. n. 3. ff. de iuſtit. & iur. defenſio enim ſtatuto excludi non poteſt, cũ ſit iuris naturalis Clem. paſtoralis de ſent. & re iudic.*

12.

Et prædicti quidem effectus locũ habent in bannitis imperii: cæterùm quod attinet ad Bannitos ab inferiore principe Romano è ducatu vel civitate, illi ſolum perdunt iura municipalia & propria illius civitatis, à qua proſcripti ſunt, non etiam cætera quæ ſunt iuris civilis communis *a*.

a *Schneid. in §. cum autem n. 12. cum ſeqq. inſtit. Quib. mod. ius pat. poteſt. ſol. Geilius lib. 1. de pac. pub. cap. 6. n. 15. Iaſon in l. 1. n. 4. cum ſeqq. C. de hered. inſtit. Vant. de nullit. tit. de nullitat. ex inhabilitat. mãdati n. 51. Marãd. in repetit. l. is poteſt. n. 124. ff. de acquir. hered.*

13.

Hoc adeò verum eſt, ut, ſecundum communem DD. opinionem, ne quidem in ſuæ civitatis territorio jus commune amittant *a*. a *Schneid. d. loc. Nellus in tractat. de bannit. in 1. part. 2. temp. quæſt. 4. & quæſt. 5. Marant. in d. repetit. l. is poteſt n. 124. Iul. Clar. lib. 3. ſent. §. teſtamentum quæſt. 20. ver. & hæc quidem conclus.*

14.

Hinc conſequens eſt, ut nec ex teſtamento nec ab inteſtato ſu-

to ſuccedere ſecundum iuris communis diſpoſitionem prohibeantur *a*. a *Schneid. ubi ſup. Nellus de bannit. in 1. part. 2. temp. quaſt. 37. & quaſt. 38. Clar. lib. 3. ſent. quaſt. 19. & quaſt. 20. vers. & hac quidem concluſio.*

15.

Præterea nec bona ſua perdunt, niſi crimen læſæ majeſtatis ſit commiſſum, aut ſtatuto vel conſuetudine aliud receptum *a*. a *Nellus in 1. part. 2. temp. quaſt. 11. Cagnol. in l. ea ſola deportationis n. 7. ff. de reg. iur. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quaſt. 78. in pr.*

16.

His tamen caſibus, quibus bona confiſcantur, nihilominus præſentia tantum, non etiam futura bona in publicationem veniunt *a*. a *Nellus in prima part. ſecundi temp. q̃ſt. 18. Clarus d. quaſt. 78. vers. ulterius quaro. Boſſius in tit. de bonor. publicat. poſt. n. 80.*

17.

Sicut nec feudum nec Emphyteuſis tam Eccleſiaſtica quàm ſecularis *a*, nec etiam bona per teſtatorem alienari prohibita aut fidei commiſſo ſubjecta ad fiſcum tranſeunt *b*.

a *Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 14. Iul. Clar. d. quaſt. 78. vers. nunc videamus*, b *Clar. de quaſt. 78. vers. item quaro.*

18.

Filio quoq; bannito pater peculium tàm profectitium *a*, quàm adventicium *b*, item caſtrenſe vel quaſi *c* retinet.

a *Clar. d. quaſt. 78. vers. prateteà quaro.* b *etiam id in quo non habet uſumfructum ſecundum Clarum in d. quaſt. 78. vers. ſed quid in adventitiis Didac. Covar. lib. 2. reſolut. cap. 8. poſt. n. 7.* c *per text. in l. 3. C. de bon. proſcript. Clar. d. quaſt. 78. vers. quaro etiam Didac. d. cap. 8. poſt. n. 7. Boſſius tit. de bonor. public. poſt. n. 71.*

19.

Elegans hìc oritur quæſtio, an marito bannito uxor dotem repetere eamq; ſalvam habere poſſit? Et poſſe verius eſt, idemq; ad paraphernalia, aliaq, bona uxoris quæ teſtamento vel ab inteſtato aut alio quolibet iuſto titulo ad eam pervenerunt,

XXV.

In bannum declaratis ſacris etiam, implorante accuſatore, interdicendum. *O.C.p.3.t.48.§.* Vnd ob die (*a*)

(*a*) In allegata Ordin. dicitur quod ſecundùm Bullam Raimundi talis bannus fieri debeat, ſed nec dicta Bullæ quod ſciam, hodie extat, nec dicta cenſura niſi quoad Pontificios, locum forte habere poteſt.

XXVI.

Per pænam banni omnes obligationes, Juramenta, pacta, omniaque jura bannitorum infringuntur (*a*) *O. C. p. 2. t. 10.*

(*a*) Hinc nec legitimam in Judicio ſtandi perſonam habent, poſſunt tamen ſe ut reos defendere, cùm defenſio nec Diabolo deneganda ſit *vid. Hypp. de Marſ. in l. 18. §. cognit. num. 247. ff. de quæſt.*

XXVII.

Banniti pro mortuis habentur *c. 11. q. 3. per tot.*

XXIIX.

Univerſitas bannita amittit omnia privilegia *gl. in c. fi. in verſ. expreſſ. de Procurat.* plerumque tamen hæc pæna in pecuniariam, pro Judicis arbitrio moderandam, convertitur, ne ſimul plectantur innocentes, *Mynſ. 2. Obſ. 30. num. 1.*

XXIX.

Quoad fæminas in bannum declaratas, illæ cuilibet prædæ non fiunt, ſed tantùm ſicut perſonæ Eccleſiaſticæ omnibus bonis & Privilegiis ſuis privantur. ne condemnatæ turpiter proſtituantur. (*a*)

(*a*) *Per l. quisquis C. ad l. Iul. Maj.* ideoque in pænarum inflictione mitius cum mulieribus agendum *c. 32. q. 6. c. 4.* in pænam tamen banni pecuniariam 2000. marc. auri & fæminæ condemnantur.

XXX.

XXX.

Porro cum tranſactio in Criminibus pœnam ſanguinis irrogantibus valeat, *l.18.C. de Tranſ.* pacifragus etiam cum læſo tam ante quàm poſt inchoatam accuſationem tranſigere poteſt *vid. Gail. d. c. 11. l. 1.* quæ tamen tranſactio Fiſco non nocet, cùm tranſigens ſuper delicto quoad hunc caſum pro confeſſo habeatur, *l. 18. C. de His qui not. infam.* id quod tamen intelligendum ſecundùm *l. 2. & 3. C. de abolit.*

XXXI.

Denique notandum, quod actione coram ordinario Judice ad pœnas Juris Communis inſtituta, (quod in fracta pace, utique fieri poteſt) alia in Camera ſuper violata Pace, inſtitui non poſſit, ne de eodem delicto bis queramur *l. licet. §. fin. ff. Caupon.*

XXXII.

Quoniam autem in allegato ſæpe Receſſu Imp. de Anno 1654. *§. 156. in fin.* ſtatuitur, quod Judicium Camerale, banni declarationem, latius, quàm in Conſtitutionibus Imp. & Ordinat. Camerali id expreſſum, extendere non debeat; ideo videndum paucis, in quibus caſibus hodie adhuc bannum in Imper. uſitatum ſit.

XXXIII.

Et primò quidem in Capitul. Invictiſſimi Imp. & Domini noſtri Leopoldi, artic. 28. cautum eſt: Quod nullus Imperii Status, abſque juſta & ſufficienti cauſa; ac ſine conſilio conſenſuque eorum S. Imperii Electorum, qui delicti participes ſe non reddiderunt, in bannum declarari debeat.

XXXIV.

XXXIV.

In bannum itaque hodie tantùm declarari poteſt (1) ille, qui Executioni ſe violenter opponit (*a*)

[*a*] *Receſſ. Imp. Anno* 1654. §.9. Sententia ita in Camera hodie formatur: In dem Fall da dem Kreiß außſchreibenden Fürſten einige widerſetzlichkeit ferner begegnen / jhme auch die Urtheil zu vollnziehen zu ſchwer fallen würde / ſollen ſie dem Käyſerl. Fiſcal ſeiner obliegenden Ampts-gebühr zu folge/dem Jüngern Reichs-abſchied vorzunehmen / daran umbſtändlichen Bericht zuthun / und nichts deſtoweniger und deſſen unerwartet / mit zuziehung eines oder des andern Kreyſſes / zu würcklicher Execution, Jedoch ohne beſchwerung des Klägers / ſondern auff der Condemnirten, oder in entſtehung deſſen auff gemeinen Kreyß-Koſten / nach beſag ermelten ReichsConſtitutionen, verfahren.

XXXV.

Secundò hodie proſcribi poteſt ille, qui in proceſſu Mandatorum Sine Clauſula contumax eſt, de quo ſupra *th.*14 (3) qui in Mandat. Cum Clauſula, propter abſentiam rei in Mandata Sine Clauſula reſolutis, contumax eſt. *vid. Th* 13. (4) in Mandatis de Exequendo tàm Cum, quàm Sine Clauſul ſupra ibid. (5) Si tutor contumax eſt. *vid.d.Th.*13.& tandem (6) qui Pacem Publicam profanam & religioſam violavit.

XXXVI.

Sed cum difficulter hodie iſta in bannum Imperii declaratio obtineri poſſit, ideò nemini quidem fortaſſe conſultum erit ea meditari, & absque graviſſimis cauſis & circumſtantiis ad Bannum in Camera agere: Quippe quum magis ſibi cavere poſſit, qui ad pœnam aliquam pecuniariam, vel Mandatum Sine Clauſula extrahendum preces dirigit.

XXXVII.

Denique operæ pretium eſt, convenientem huic materiæ & magnæ diſceptationis quæſtionem ſubnectere: An nimirum

rum filii ob delictum parentum banniri, & feudis ſuis in Imperio privari poſſint? Ad hanc quæſtionem decidendam ſunt, qui diſtingunt: an pater contra tertium, an verò contra ipſum Dominum ſuum deliquerit. Priori caſu, dicunt, ſi filii non ex perſona patris, ſed propria ſuccedant (cujus exempla habet *Gail. de P. P. c. 14. num. 7.*) & cum læſa parte tranſigant, eos feudo privari non poſſe: per Conſtit. Carl. V. **Die Pön der Fried-brecher** *de Anno* 1548. §. 2. *vid. l. 3. ff. de Interd. & releg. 2. F. 24. Zaſ. in tract. feud. p. 10. num. 96.* Poſteriori verò caſu ſi injuria in Dominum ſit atrox, feudum filios in Imperio amittere, *ex allegat. Conſtitut. & 2. Feud. 24. Salicet. in l. 2. num. 3. de Libert. & eorum lib.* colligi poſſe arbitrantur. Sanè in Crimine Majeſtatis (quanquam de Jure Divino per Deut. 18. aliud ſtatuendum) liberi etiam puniuntur *l. f. C. ad L. Jul. Maj.* & infames, & omnium planè hereditatum incapaces fiunt, *l. 5. §. 1. C. d. t.* In filiabus de Jure Civili mitior eſt ſententia, nam illis in bonis maternis Falcidiam, ſive mater teſtata ſive inteſtata deceſſerit, detrahere permiſſum *d. l.* §. 3. Delictum autem filii patri non nocet, ideo proſcripto filio, ne feudum quidem patri auferendum: Cùm in delictis factum filii non dicatur factum patris *c. 1. §. ſuper. de Prob. feud. alien.* Hoc tamen non obſtante, Parlamentum Pariſienſe contrarium in Johannis de Caſtello parente ſtatuiſſe, Glorioſiſſimi Regis Ludovici XIV. quondam Præceptor Hardovinus in Hiſtor. Henr. IV. his verbis teſtatur: Le pere de ce miſerable fut banni, ſa maiſon de devant le Palais demolie, & une Pyramide erigee en la place: i.e. pater huius miſerabilis proſcriptus, domus eius è regione Palasii demolita, ac in locum illius columna erecta fuit: Id quod ob deteſtationem criminis, & terrorem aliis incutiendum fortè potiùs, quàm jure factum eſſe dixeris.

ORC.

COROLLARIA.

TUtor teſtamentarius, cui legatum eſt relictum, ſi à tutela ſe excuſaverit, nihil quicquam ex teſtamento conſequitur. Nov.1.c.1.in pr.

Tutor ob latam culpam remotus non fit infamis. l. 4. in f. de His qui not. infam. *filius in Feudo ex pacto & providentia non tenetur ſolvere debita feudalia.* c. unic. de Prohib. feudi alien. 2. F. 33.

Licitum eſt hodie ex ſanguine conficere cibos, contra Novell. Leon. 58.

Actio de Diſtrahendis rationibus finita demum tutela inſtitui poteſt. l.4.ff.de Tutel.& rat.diſtrah. *id quod etiam in curatela obtinere ſtatuimus*, per l.14.C. de Admin.tutel.

Beati ſemper non ſunt, præſertim in Republ. qui medium ſervare volunt. Machiav. in hiſt. Flor. p. m.243.

Res à viro empta ex pecunia dotali, non ſunt dotales, l. ex pecunia. C.de Jure dot.

Teſtamenti factio non eſt juris privati ſed publici l. 3.ff. Qui teſt. fac. poſſ.

Donatio mortis cauſa inter virum & uxorem prohibita non eſt, l.9. §.2.ff. de Don.inter vir. & uxor.

UNI DEO GLORIA.

ROMA VITTORIO EMANUELE

THESES
DE PROSCRIPTIS IMPERII.

QVAS

ANNVENTE SACROſancta Trinitate

PRAESIDE

Clariſſ. & conſultiſſ. viro Dn.

VIRGILIO PINGIZERO, V.I.D. ET PROFESSORE

Exercitii gratia proponit & pro virili propugnabit

M. IOHANNES MYLIVS AVGVSTANVS

Ad diem ult. Martij Anno 1593. in nova Acroaſi ICtorum hora 7.

ROMA

IENÆ.

Typis Tobiæ Steinmanni.

AMPLISSIMO RERVMQVE
experientia præſtantiſſimo viro Dn.

MARTINO MIL-
LERO REIPVBLICÆ
IENENSIS CONSVLI

PRVDENTISSIMO, FAV-
tori ſuo ſummè colendo.

D. D. D.

M. Johannes Mylius.

DISPUTATIO DE PROSCRIPTIS SIVE Bannitis Imperii.

Thesis I.

QVAMVIS VOCABVLVM Banni variè à DD. noſtris accipiatur *a*, ex conſtitutione tamen imperiali Bannum dicitur & eſt judicialis cenſura, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnib. verò impunè tam in perſona quàm rebus offendi poſſint *b*.

a *Nellus in tractat. de bannit. in proœmio.*

b *Geilius lib. 2. de pace publica cap. 1. n. 20.*

2.

Hujus Banni imperialis pœnam nemo præter ſolum Cæſarem vel Cameram imperialem poteſt irrogare, & eſt univerſale, ita ut ab imperatore bannitus ubiq; terrarum in imperio pro bannito reputetur *a*.

a *Geilius lib. 1. de pace pub. cap. 6. n. 9. & lib. 2. cap. 1. n. 27.*

3.

Porrò ex duplici cauſa quis in bannnm Imperii incidit, primò ob delictum fractæ pacis, quod ut commiſſum dici & ſic actio ex conſtitutione pacis publicæ utiliter inſtitui poſſit, tria potiſsimùm requiruntur: 1. vis publica. 2. vis armata, quæ fit coactis & coadunatis hominibus. 3. dolus malus ſive propoſitum & deſtinata voluntas offendendi: quolibet horum deficiente, ceſſat pæna pacis violatæ, puta, Banni imperialis, & ad pænas tantum juris communis de vi publica ratione ſimplicis ſpolii agi poteſt.

Geilius lib. 1. de pac. pub. cap. 7. per tot.

4.

Sed & qui ex legitimis iudiciis & præſumptionibus aut

 fama

fama publica de crimine fractæ pacis ſuſpectus eſt, ſi ad purgandum ſe citatus obſtinatè non compareat, in bannum declarari & denunciari poteſt *a*; quod ſi tamen eiusmodi Bannitus ob contumaciam non purgantis ſe, poſt ſententiam declaratoriam contumaciam purgare, & de ſua innocentia pro obtinenda abſolutione docere velit, audiendus erit *b*.

a *Ordinatio. Cameræ part. 2. tit. 10. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 7. per tot.* b *Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 8. quia contumacia eſt fictum delictum atq; imaginaria probatio, quæ ex præſumptionibus proficiſcitur; at ſententia ex fictis probationib. lata non tranſit in rem iudicatam, ergò meritò audiri debet per text. in l. ſi qui adulteriis C. Ad. l. Iul. de adult. Hippolit. in pract. crimina §. ordine n. 54. cum ſeq.*

5.

Secundò irrogatur pœna banni ob ſolam contumaciam etiam in cauſis civilibus, utputà ſi legitimè citatus non compareat vel iudicis præcepto non obtemperet *a*.

a *Ordinatio Cameræ part. 3. tit. 43. §. 1. Geilius lib. 2. de pac. publ. cap. 5. n. 1. cum ſeq.*

6.

Etſi verò inter bannum delicti & contumaciæ, quoàd declarationem & denunciationem nihil ſit diſcriminis, quia utroq; caſu bannitus omnium offenſioni exponitur, & bona occupantibus conceduntur *a*; in effectu tamen plurimum differunt: ſententia enim banni ob delictum definitiva eſt, *b*, ob contumaciam interlocutoria *c*, & in banno contumaciæ facilior eſt reditus in gratiam quàm in banno delicti *d*.

a *Geil. lib. 2. cap. 5. n. 12.* b *quia iuris ordine ſervato, cum plena cauſa cognitione profertur, & crimen principaliter in iudicium deductum extremè definit, nec alia ſententia poſteà expectatur, unde ſententia condemnatoria, non petita legitimo*

tem-

tempore reviſione, effectum ſuum ſortitur, & retractari nequit.

c *Bald. in l. 1. n. 9. & n. 12. C. de hered. inſtit. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 5. n. 7. Boſsius tit. de bannitis nu. 3. quia cauſam principalem non definit, & ideo purgata contumacia revocari poteſt. l. quod iuſsit ff. de re iudica.* d *ordinatio Cameræ part. 3. tit. 46. §.* Wo auch. *& part. 2. tit. 18. §.* So auch. *Geilius lib. 2 de pac. pub. cap. 6. n. 4. cum ſeqq. ubi plures differentias recenſet.*

7.

Non ſolùm autem ſingulares perſonæ, ſed etiam tota univerſitas vel civitas, ob delictum contra pacem publicam convocatis ciuibus deliberatè, conſultò & communicato conſilio perpetratum in Bannum imperiale declarari & denunciari poteſt, plerunq; tamen pœna Banni in pecuniariam convertitur propter innocentes, pupillos, minores, mulieres & prægnantes fœminas *b.*

a *Geilius lib. 2. de pac. publ. cap. 9. n. 1. cum ſeqq. univerſitas enim dolum committere & proinde delinquere poteſt. l. metum. §. animadvertendum ff. Quod vi aut met. cauſ.* b *Geilius d. cap. 9. n. 17. cum ſeqq.*

8.

Sed & bannum repeti, hoc eſt, ſemel ob turbatam pacē publicam vel contumaciam in bannum imperiale declaratus iteratò ex alio delicto banniri poteſt *a.*

a *per text. in l. qui de crimine. C. de accuſat. text. in l. 2. ff. de furt. Bald. in l. 1. n. 4. & 12. C. de hered. inſtit. Boſsius tit. de banni nullitat. n. 9. Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quæſt. 16. vers. ſed nunquid. & quæſt. 32. vers. tu ſcis. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap. 11. per tot.*

9.

Quod ad effectum banni imperialis attinet, ſciendum eſt eos qui ob violatam pacem publicam in bannum imperii incidunt, nec non eorundem receptatores eſſe extra protectionem & clientelam imperii eiuſq; hoſtes & quaſi transfugas cenſeri, atq; adeo ex numero civium Romanorum deleri, maximè quando de illorum commodo agitur.

 Geilius

Geilius lib.2.de pac. pub.cap.1.n.24.cum ſeq. Mynſing. obſ. 52.cent.3.

10.

Quo fit ut non ſolum actionem inſtituere, ſed etiam litem ante bannum cæptam in Camera proſequi & continuare, ut & reconventionis beneficio uti neqveant *a.*

a *Ordinatio Cameræ part.2.tit.9.§.2. Geilius lib. 2. de pac. pub. cap.12.*

11.

Ab alio tamen in ius vocati comparere & ſe defendere poſſunt *a*, adeò ut non valeat ſtatutum, quòd Bannitus tàm agendo quàm defendendo audiri non debeat *b.*

a *Nellus in tractat. de bannit. in 1. part. 2. tempor. quæſt. 62 per tot. Geilius d. cap. 12. n. 16. cum ſeq.* b *Geil. d. cap. 12. n. 20. cũ ſeq. Bald. in l. ut vim n. n. 3. ff. de iuſtit. & iur. defenſio enim ſtatuto excludi non poteſt, cũ ſit iuris naturalis Clem. paſtoralis de ſentent. & re iudic.*

12.

Et prædicti quidem effectus locũ habent in bannitis imperii: cæterùm quod attinet ad Bannitos ab inferiore principe Romano è ducatu vel civitate, illi ſolum perdunt iura municipalia & propria illius civitatis, à qua proſcripti ſunt, non etiam cætera quæ ſunt iuris civilis communis *a.*

a *Schneid. in §. cum autem n. 12. cum ſeqq. inſtit. Quib. mod. ius pat. poteſt. ſol. Geilius lib. 1. de pac. pub. cap. 6. n. 15. Iaſon in l. 1. n. 4. cum ſeqq. C. de hered. inſtit. Vant. de nullit. tit. de nullitat. ex inhabilitat. mãdati n. 51. Marãd. in repetit. l. is. poteſt. n. 124. ff. de acquir. hered.*

13.

Hoc adeò verum eſt, ut ſecundum communem DD. opinionem, ne quidem in ſuæ civitatis territorio jus commune amittant *a.* a *Schneid. d. loc. Nellus in tractat. de bannit. in 1. part. 2. temp. quæſt. 4. & quæſt. 5. Marant. in d. repetit. l. is poteſt n. 124. Iul. Clar. lib. 3. ſent. §. teſtamentum quæſt. 20. ver. & hac quidem conclus.*

14.

Hinc conſequens eſt, ut nec ex teſtamento nec ab inteſta-

to ſuc-

to ſuccedere ſecundum iuris communis diſpoſitionem prohibeantur *a*. a *Schneid.ubi ſup.Nellus de bannit.in 1.part. 2.temp.quaſt.37 & quaſt.38.Clar.lib.3.ſent.quaſt.19.& quaſt. 20.vers.& hac quidem concluſio.*

15.

Præterea nec bona ſua perdunt, niſi crimen læſæ majeſtatis ſit commiſſum, aut ſtatuto vel conſuetudine aliud receptum *a*. a *Nellus in 1.part.2.temp.quaſt.11.Cagnol.in l.ea ſola deportationis n.7.ff.de reg.iur.Iul.Clar.in pract. crimin. §. fin.quaſt.78.in pr.*

16.

His tamen caſibus, quibus bona confiſcantur, nihilominus præſentia tantum, non etiam futura bona in publicationem veniunt *a*. a *Nellus in prima part. ſecundi temp.q̃ſt. 18. Clarus d.quaſt. 78.vers.ulterius quaro. Boſſius in tit. de bonor.publicat.poſt.n.80.*

17.

Sicut nec feudum nec Emphyteuſis tam Eccleſiaſtica quàm ſecularis *a*, nec etiam bona per teſtatorem alienari prohibita aut fidei commiſſo ſubjecta ad fiſcum tranſeunt *b*.

a *Geilius lib.2.de pac.pub. cap.14.Iul.Clar.d.quaſt.78. vers. nunc videamus.* b *Clar.de quaſt.78.vers.item quaro.*

18.

Filio quoq; bannito pater peculium tàm profectitium *a*, quàm adventicium *b*, item caſtrenſe vel quaſi *c* retinet.

a *Clar.d.quaſt.78.vers.prateréa quaro.* b *etiam id in quo non habet uſumfructum ſecundum Clarum in d. quaſt. 78. vers. ſed quid in adventitiis Didac.Covar.lib.2.reſolut. cap.8.poſt.n. 7.* c *per text.in l.3.C.de bon.proſcript.Clar.d. quaſt. 78. vers. quaro etiam Didac.d.cap.8.poſt.n.7.Boſſius tit.de bonor. public. poſt.n.71.*

19.

Elegans hîc oritur quæſtio, an marito bannito uxor dotem repetere eamq; ſalvam habere poſſit? Et poſſe verius eſt, idemq; ad paraphernalia, aliaq, bona uxoris quæ teſtamento vel ab inteſtato aut alio quolibet iuſto titulo ad eam

pervenerunt,

pervenerunt,extenditur *a.* a *Pulchrè Geilius.2.de pac.pub. c.16.per tot.*

20.

Imò præter illa etiam ſemiſſem bonorum conſtante matrimonio acquiſitorum vendicare uxor poterit, ſi ſtatuto cautum vel conſuetudine receptum aut pactis dotalibus ita conventum ſit,ut bona conſtante matrimonio undecunque acquiſita ſint inter coniuges communia *a.* a *Geil.d.c.16.*

21.

Et hæc quidem de effectis banni dixiſſe ſufficiat,à quo tamen bannitus abſolvi poteſt,ſi offenſo damna&intereſſe reſarciat, & Cæſari vel ſuæ maieſtatis procuratori fiſci ſatisfaciat *a.* a *Ordinatio Cameræ part.2.tit.18.*§.1.*& part.3.tit.46.Geilius lib.2.de pac.pub.cap.18.*

22.

Regulariter autem abſolutus à banno non ſolùm bonis verum etiam famæ & honoribus reſtituitur *a.* a *Geil.d. lib.2.c.19.Nellus in tractat.de bannit.in 1.part.3.temp.q̃ſt.17.*

23.

Quod tamen de bonis nondum alienatis & honorib. ac dignitatib. adhuc vacantibus intelligendum eſt,ſecus eſt, ſi ante abſolutionem vel reſtitutionem bona alienata, honores vel dignitates aliis collatæ ſint, tunc enim reſtitutio non trahitur ad ius alteri quæſitum, niſi diſertis verbis per principem fiat etiam quóad bona alienata, aut bannitus reſtitutionem conſequatur per modum iuſtitiæ *a.* a *Geil.d.c.19.*

24.

Coronidis loco annectemus quæſtionem illam an valeat ſtatutum diſponens, quod bannitus poſsit impune offendi? & valere affirmamus dummodò tale ſtatutum fiat ex cauſa legitima, utputa ſi eiusmodi banniti ex gravi delicto, pro quo irroganda eſſet pœna mortis,non autem ex levi cauſa veluti pro debito pecuniario banni pæna afficiantur *a.* a *Iaſon in l. ubi pactum n. 15. C. de tranſact.* Iul. *Clar.lib.5 ſentent.*§.*homicidium. n 53.* Pl[illegible] *lib.1.delict[illegible] cap.36. n.2.* Cari *in practic. crimin.* §. *homicidium n. 20.* [illegible] *Menochium de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt. 90. per tot.*

FINIS.

ROMA